Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



DANI

nis ardentis. Post hi igitur statim ut
audierunt omnes populi sonitum tube.
fistule. et cytharae. sambucae. et psalterii. et
symphoniae. et omnis generis musicorum.
cadentes omnes populi tribus. et linguae.
adorabant statuam auream quam
erexerat nabuchodonosor rex. Et statim in
ipso tempore accedentes viri chaldaei acu
sabant iudaeos. dixerunt nabuchodonosor regi.
Rex in aeternum vive. Tu rex posuisti
decretum. ut omnis homo qui audie
rit sonitum tube. fistule. et cytharae.
sambucae. et psalterii. et symphoniae. et
omnis generis musicorum. prosternat se
et adoret statuam auream. Si quis
autem non prostratus adorabit. mittatur
in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo
viri iudei quos constituisti super opera
regionis babylonis. sydrach. misach.
et abdenago. Viri isti contempserunt
rex decretum tuum. deos tuos non colunt.
et statuam auream quam erexisti non
adorant. Tunc nabuchodonosor in furore
et ira praecepit ut adducerentur sydrach.
misach. et abdenago. Qui confestim
adducti sunt in aspectu regis. P
runtiansque nabuchodonosor rex. ait eis. Ve
re sydrach. misach. et abdenago. deos
meos non colitis. et statuam auream
quam erexi non adoratis. Nunc ergo
si estis parati omnis hora audiens
sonitum tube. fistule. et cytharae. sam
bucae. et psalterii. et symphoniae. omnisque
generis musicorum. prostrati nos et ado
rate statuam auream quam feci. Od si
non adoraveritis. eadem hora mittemini
in fornacem ignis ardentis. Et quis e
rit deus qui eripiat vos de manu mea.
Respondentes sydrach. misach. et abdena
go. dixerunt regi nabuchodonosor. Non oporet
nos de hac re respondere tibi. Ecce enim de
us noster quem colimus potest eripere nos de fa
mo ignis ardentis. et de manibus tu
is o rex liberare. Od si noluerit. notum
tibi sit o rex quia deos tuos non colimus.
et auratam statuam quam erexisti non adora
mus. Tunc nabuchodonosor rex repletus est
furore. et aspectus faciei illius immuta
tus est super sydrach. misach. et abdena
go. et praecepit ut succenderentur fornax
septuplum quam succendi solebat. Et
viris fortissimis de exercitu suo misit.
ut ligatis pedibus sydrach. misach. et
abdenago. mitterent eos in fornacem
ignis ardentis. Et ecce viri illi
vincti cum braccis suis et tiaris. et
calceamentis. et vestibus missi sunt in me
dium fornacis ignis ardentis. Nam
iussio regis urgebat. fornax autem
succensa erat nimis. Porro viros il
los qui miserant sydrach. misach.
et abdenago. interfecit flamma ignis.
Viri autem isti sydrach. misach. et
abdenago. ceciderunt in medio cami
no ignis ardentis colligati. Que
secunt in hebrea volumine non sunt.

Et ambulabant in medio
flammae laudantes dominum
et benedicentes deum. Stans
autem azarias oravit sic. et aperiens os
suum in medio ignis ait. Benedictus es
domine deus patrum nostrorum. et laudabilis.
et gloriosum nomen tuum in saecula. Qa
iustus es in omnibus quae fecisti nobis.
et iniusta opera tua cuncta. et me tua vere.
et omnia iudicia tua cuncta. Iudicia ti
cuncta fecisti. nec omnia quae induxisti
super nos. sed iustitiam secundum pa
tres nostros. qui iustitiam secundum
ordinem iudicii omnia iussit. quia peccavi
mus. Peccatum enim et iniquitate
egimus recedentes a te. et deliquimus
in omnibus. et praecepta tua non audivi
mus. nec observavimus. nec fecimus.